

*propria prestiturus cum sollempnitatibus debitiss et consuetis, dantes tibi presentis litteras maiestatis nostre sigillo signatas in testimonium super eo. Datum Brisaci. iiiii. id. Aprilis, anno domini millesimo ccc. nono, regni vero nostri anno primo.*

Arch. capit. n. 1309. Copie; vgl. n. 8.

43. 1309. April 19.

Erzbischof Peter von Mainz bezeugt, dass Heilmann, sein Burggraf zu Starkenberg, dem römischen Könige Heinrich und dessen Nachfolgern in der Grafschaft Luxemburg seinen Hof zu Esseborn zu Lehen aufgetragen habe.

Nos P. dei gracia sancte Magantine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius tenore presencium constare volumus universis, quod Heylmannus buregravius noster in Starkenberg in nostra constitutus presencia curiam suam in Esseburne cum sex lanceis ad ipsam pertinentibus, quam proprietatis titulo possidebat in manus serenissimi domini nostri domini H. Romanorum regis et successorum suorum in comitatu Luzzelinburgensi libere resignavit et eam cum predictis lanceis a prefato domino nostro rege recepit in feodum per se et successores suos ab ipso domino nostro rege et suis successoribus comitibus Luzzelinburgensibus jure feedali in perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium ad rogatum dicti Heylmanni presentes litteras fieri et sigillo nostro cum sigillo dicti Heylmanni fecimus roborari. Datum Basilee anno domini m. ccc. ix. xiii. Kal. Maii.

Arch. capit. n. 1308. Original. — Kurz nachher nahm der König auch den Mainzer Marschall Johann von Waldeck in ähnlicher Weise als luxemburgischen Vasallen an.

44. 1309. Juli 19.

Papst Clemens V. schreibt dem K. Heinrich, dass er dem Peter, bisherigen Bischof von Magelonne das Bisthum Kammerich übertragen habe.

Clemens episcopus servus servorum dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem. Divine gratia maiestatis aequiritur, si ministris eius et hiis precipue, qui pontificali sunt prediti dignitate pro ipsis reverentia condignus honor impenditur et favor necessarius exhibetur. Nuper siquidem Cameracensis ecclesia per translationem per nos factam de venerabili fratre nostro Philippo, episcopo tune Cameracensi et in archiepiscopum Senonensem electo, ad ecclesiam Senonensem tune vacantem per obitum bone memorie Stephani archiepiscopi Senonensis pastoris solacio destituta, nos provisionem faciendam ea vice dicte Cameracensi ecclesie de prelato dispositioni nostre et sedis apostolice specialiter reservantes, decrevimus extune irritum et inane, si secus super hoc scienter vel ignoranter contineret attemptari. De ipsis itaque Cameraceensis ecclesie ordinatione sollicite cogitantes, ne prolixioris vacationis exposita incommodis remaneret, post